

Status praesens philosophiae, praesertim peripatetico-scholasticae.¹⁾

Ut status praesens philosophiae recte intelligatur, duplex eius fons indicandus esse videtur. Primus est *Empirismus*, quem Baco de Verulam († 1626) in philosophiam induxit. Ex quo deinde Sensismus, (Hobbes, Locke, Condillac), Scepticismus et Positivismus (Hume, Comte), Materialismus (Diderot, Cabanis, de la Mettrie aliorumque) ortus est, qui sensuum experientiam unicum fontem cognitionis habent. reicientes omnem scientiam metaphysicam i. e. cognitionem rerum suprasensibilium, imo tandem omnia, et phaenomena spiritualia, ex materia pura eiusque motu mechanico explicant.

Alter fons est *Idealismus*, quem Cartesius († 1650) docuit, qui experientiam sensuum non habuit tanquam proprium fontem verae cognitionis, sed solum animae nostrae pure spiritualis conscientiam per ideas nobis a Deo inditas. Ex qua doctrina deinde Occasionalismus necnon Spinozae Pantheismus et Leibnitii Idealismus obiectivus originem duxit.

Utrumque illum fontem et Empirismi et Idealismi deinde *Kantii* philosophia quodammodo coniunxit statuens nos non cognoscere, nisi quae per sensus aliquo modo nobis innotescunt, attamen per formas cognoscendi nobis inditas, ita ut tota cognitio *obiective* dependeat a mente nostra cognoscente. Sed ex *Kantii* systemate iterum prodierunt tanquam ex radice communi et *Idealismus* pantheisticus (subiectivus Fichtei, obiectivus Schellingii, logicus Hegelii), et *Materialismus* (Feuerbach, Strauss, Vogt, Moleschott, Büchner etc.); deinde Positivismus Neo-Kantianorum et extremus Phaenomenalismus, qui, negans omnem metaphysicam, solum facta conscientiae propriae habet certa; de quibus sententiis infra p. 250—314 plura dicentur.

Hodie vero, Materialismo sive *Monismo materiali* quasi devicto, Idealismus iterum mentes occupat; et est Idealismus tum subiectivus, quia docet,

¹⁾ Cfr. Merten, Über d. Bedeutung d. Erkenntnislehre des hl. Augustinus und des hl. Thomas von Aquin für den geschichtl. Entwicklungsgang der Philosophie, Trier 1865; Philos. Jahrb., 1888, pag. 1^o sq.: Gutberlet, Die Aufgabe der christl. Philosophie in der Gegenwart; Mercier, Les origines de la psychologie contemporaine, 1897; Revue Néo-Scholastique, 1900, Le bilan philosophique du XIX^e siècle; Domet de Vorges, La philosophie thomiste pendant les années 1888—1898; Commer, Die immerwährende Philosophie, 1899; de Wulf, Introduction à la philosophie Néo-Scholastique, 1904.

primum obiectum cognitionis nostrae non esse obiecta transcendentia, sed determinationes quasdam propriae conscientiae; tum metaphysicus, qui censet, omnes res in se esse spirituales, immo non esse nisi apparentias entis absoluti in se spiritualis. Est igitur *Monismus spiritualis*; differt autem a *Monismo* prioris aetatis eo, quod plerique censent, principium absolutum in se primarie non esse intellectum, sed esse *voluntatem, eamque sese continue evolvere, unde* totum systema nomen habet *Voluntarismi* sive pessimistici, si mundum habent in se pessimum, ut Schopenhauer et E. v. Hartmann eorumque discipuli, sive optimistici, si confidunt, mundum in se esse optimum et bonum universale ex evolutione voluntatis absolutae oriri, ut Paulsen, Wundt, Höffding aliique multi.

In medio duarum illarum sibi oppositarum sententiarum de natura nostrae cognitionis et mundi ipsius, quas Empirismus et Idealismus statuunt, illa versatur philosophia, quam nostram facimus, philosophia peripatetico-scholastica. Haec enim cognitionis et sensitivae et intellectivae vindicat veritatem et obiectivitatem, simulque statuit distinctionem substantialem inter Deum et mundum, inter spiritum et materiam, ita tamen ut omnia a Deo tanquam

Docet igitur num simulque nostro di quelli m, praesertim summa erat iudaeis, tum a plasticis, praesertim a erroribus, quibus pot doctrina christiana a nsensus inter fura.

Qua artesianismus necnon ticism oppugnant e opprimere potuerunt.

venientissime in Aristotelem invehetur,¹⁾ Melanchthon, intimus eius amicus et cooperatores praecipuos, Stagiritae philosophiam vocat τὴν γνησίην φιλοσοφίαν, eamque in scholis protestantium induxit, in quibus usque ad philosophiam Wolffianam et Kantianam sola fuit recepta et legitima.²⁾ In ecclesia autem catholica eiusque institutis semper vigeat philosophia scholastica, quam viri ingenio et sagacitate mentis praestantes, magis explicabant atque perficiebant, ut Aegidius Romanus, Hervaeus Natalis, discipuli s. Thomae, Capreolus, „princeps Thomistarum“, Cajetanus, Dominicus Soto, Franciscus Vittoria, Fonseca, Toletus, Vasquez, Suarez aliique multi. — Qui scholasticis subtilitatem et inutilitatem quaestionum, necnon barbariem linguae latinae exprobrant, obliviscuntur, haec opprobia non doc-

¹⁾ Epist. ad Joh. Lange 1516: „Nisi caro fuisset Aristoteles, vere diabolus eum fuisse non puderet asserere“. Cfr. Raumer, Geschichte d. Pädagogik, 1877⁵, I, 105.

²⁾ Zeller, Gesch. der deutschen Philosophie, 1875², p. 32—35.

Status praesens philosophiae, praesertim peripatetico-scholasticae.¹⁾

Ut status praesens philosophiae recte intelligatur, duplex eius fons indicandus esse videtur. Primus est *Empirismus*, quem Baco de Verulam († 1626) in philosophiam induxit. Ex quo deinde Sensismus, (Hobbes, Locke, Condillac), Scepticismus et Positivismus (Hume, Comte), Materialismus (Diderot, Cabanis, de la Mettrie aliorumque) ortus est, qui sensuum experientiam unicam fontem cognitionis habent. reicientes omnem scientiam metaphysicam i. e. cognitionem rerum suprasensibilium, imo tandem omnia, et phaenomena spiritualia, ex materia pura eiusque motu mechanico explicant.

Alter fons est *Idealismus*, quem Cartesius († 1650) docuit, qui experientiam sensuum non habuit tanquam proprium fontem verae cognitionis, sed solum animae nostrae pure spiritualis conscientiam per ideas nobis a Deo inditas. Ex qua doctrina deinde Occasionalismus necnon Spinozae Pantheismus et Leibnitii Idealismus obiectivus originem duxit.

Utrumque illum fontem et Empirismi et Idealismi deinde *Kantii* philosophia quodammodo coniunxit statuens nos non cognoscere, nisi quae per sensus aliquo modo nobis innotescunt, attamen per formas cognoscendi nobis inditas, ita ut tota cognitio *obiective* dependeat a mente nostra cognoscente. Sed ex *Kantii* systemate iterum prodierunt tanquam ex radice communi et *Idealismus* pantheisticus (subiectivus Fichtei, obiectivus Schellingii, logicus Hegelii), et *Materialismus* (Feuerbach, Strauss, Vogt, Moleschott, Büchner etc.); deinde Positivismus Neo-Kantianorum et extremus Phaenomenalismus, qui, negans omnem metaphysicam, solum facta conscientiae propriae habet certam de quibus sententiis infra p. 250—314 plura dicentur.

Hodie vero, Materialismo sive *Monismo materiali* quasi devicto, Idealismus iterum mentes occupat; et est Idealismus tum subiectivus, quia docet,

¹⁾ Cfr. Merten, Über d. Bedeutung d. Erkenntnislehre des hl. Augustinus und des hl. Thomas von Aquin für den geschichtl. Entwicklungsgang der Philosophie, Trier 1865; Philos. Jahrb., 1888, pag. 1^{sq.}: Gutberlet, Die Aufgabe der christl. Philosophie in der Gegenwart; Mercier, Les origines de la psychologie contemporaine, 1897; Revue Néo-Scholastique, 1900, Le bilan philosophique du XIX^e siècle; Domet de Vorges, La philosophie thomiste pendant les années 1888—1898; Commer, Die immerwährende Philosophie, 1899; de Wulf, Introduction à la philosophie Néo-Scholastique, 1904.

primum obiectum cognitionis nostrae non esse obiecta transcendentia, sed determinationes quasdam propriae conscientiae; tum metaphysicus, qui censeat, omnes res in se esse spirituales, immo non esse nisi apparentias entis absoluti in se spiritualis. Est igitur *Monismus spiritualis*; differt autem a Monismo prioris aetatis eo, quod plerique censeant, principium absolutum in se primarie non esse intellectum, sed esse *voluntatem*, eamque sese continue *evolvere*, unde totum systema nomen habet *Voluntarismi* sive pessimistici, si mundum habent in se pessimum, ut Schopenhauer et E. v. Hartmann eorumque discipuli, sive optimistici, si confidunt, mundum in se esse optimum et bonum universale ex evolutione voluntatis absolutae oriri, ut Paulsen, Wundt, Höffding aliique multi.

In medio duarum illarum sibi oppositarum sententiarum de natura nostrae cognitionis et mundi ipsius, quas Empirismus et Idealismus statuunt, illa versatur *quae nostram facimus, philosophia peripatetico-scholastica*. *Idealismus* vindicat veritatem et obiectivum Deum et mundum tanquam supra verum Idealismum verum Monismum *che sanno* ex doctrina auctoritate. Christianis praesertim ab Aristotele, quibus potissimum christiana amorem fidem fuerit et scientiam.

Quamquam Nominalismus saec. XIV et XV Scholasticismus necnon Empirismus aetatis subsequentis philosophiam scholasticam oppugnabant eamque paulisper obscurabant, nunquam tamen eam opprimere potuerunt. Quamvis Lutherus vehementissime in Aristotelem inveheretur,¹⁾ Melancthon, intimus eius amicus et cooperatore praecipuo, Stagiritae philosophiam vocat *τὴν γνήσιον φιλοσοφίαν*, eamque in scholis protestantium induxit, in quibus usque ad philosophiam Wolffianam et Kantianam sola fuit recepta et legitima.²⁾ In ecclesia autem catholica eiusque institutis semper vigeat philosophia scholastica, quam viri ingenio et sagacitate mentis praestantes, magis explicabant atque perficiebant, ut Aegidius Romanus, Hervaeus Natalis, discipuli s. Thomae, Capreolus, „princeps Thomistarum“, Cajetanus, Dominicus Soto, Franciscus Vittoria, Fonseca, Toletus, Vasquez, Suarez aliique multi. — Qui scholasticis subtilitatem et inutilitatem quaestionum, necnon barbariem linguae latinae exprobrant, obliviscuntur, haec opprobria non doc-

¹⁾ Epist. ad Joh. Lange 1516: „Nisi caro fuisset Aristoteles, vere diabolus eum fuisse non puderet asserere“. Cfr. Raumer, Geschichte d. Pädagogik, 1877⁵, I, 105.

²⁾ Zeller, Gesch. der deutschen Philosophie, 1875², p. 32—35.

Status praesens philosophiae, praesertim peripatetico-scholasticae.¹⁾

Ut status praesens philosophiae recte intelligatur, duplex eius fons indicandus esse videtur. Primus est *Empirismus*, quem Baco de Verulam († 1626) in philosophiam induxit. Ex quo deinde Sensismus, (Hobbes, Locke, Condillac), Scepticismus et Positivismus (Hume, Comte), Materialismus (Diderot, Cabanis, de la Mettrie aliorumque) ortus est, qui sensuum experientiam unicam fontem cognitionis habent, reicientes omnem scientiam metaphysicam i. e. cognitionem rerum suprasensibilium, imo tandem omnia, et phaenomena spiritualia, ex materia pura eiusque motu mechanico explicant.

Alter fons est *Idealismus*, quem Cartesius († 1650) docuit, qui experientiam sensuum non habuit tanquam proprium fontem verae cognitionis, sed solum animae nostrae pure spiritualis conscientiam per ideas nobis a Deo inditas. Ex qua doctrina deinde Occasionalismus necnon Spinozae Pantheismus et Leibnitii Idealismus obiectivus originem duxit.

Utrumque illum fontem et Empirismi et Idealismi deinde *Kantii* philosophia quodammodo coniunxit statuens nos non cognoscere, nisi quae per sensus aliquo modo nobis innotescunt, attamen per formas cognoscendi nobis inditas, ita ut tota cognitio *obiective* dependeat a mente nostra cognoscente. Sed ex *Kantii* systemate iterum prodierunt tanquam ex radice communi et *Idealismus* pantheisticus (subiectivus Fichtei, obiectivus Schellingii, logicus Hegelii), et *Materialismus* (Feuerbach, Strauss, Vogt, Moleschott, Büchner etc.); deinde Positivismus Neo-Kantianorum et extremus Phaenomenalismus, qui, negans omnem metaphysicam, solum facta conscientiae propriae habet certa; de quibus sententiis infra p. 250—314 plura dicentur.

Hodie vero, Materialismo sive *Monismo materiali* quasi devicto, Idealismus iterum mentes occupat; et est Idealismus tum subiectivus, quia docet,

¹⁾ Cfr. Merten, Über d. Bedeutung d. Erkenntnislehre des hl. Augustinus und des hl. Thomas von Aquin für den geschichtl. Entwicklungsgang der Philosophie, Trier 1865; Philos. Jahrb., 1888, pag. 1 sq.; Gutberlet, Die Aufgabe der christl. Philosophie in der Gegenwart; Mercier, Les origines de la psychologie contemporaine, 1897; Revue Néo-Scholastique, 1900, Le bilan philosophique du XIX^e siècle; Domet de Vorges, La philosophie thomiste pendant les années 1888—1898; Commer, Die immerwährende Philosophie, 1899; de Wulf, Introduction à la philosophie Néo-Scholastique, 1904.

primum obiectum cognitionis nostrae non esse obiecta transcendentia, sed determinationes quasdam propriae conscientiae; tum metaphysicus, qui censeat, omnes res in se esse spirituales, immo non esse nisi apparentias entis absoluti in se spiritualis. Est igitur *Monismus spiritualis*; differt autem a *Monismo* prioris aetatis eo, quod plerique censent, principium absolutum in se primarie non esse intellectum, sed esse *voluntatem*, eamque sese continue *evolvere*, unde totum systema nomen habet *Voluntarismi* sive pessimistici, si mundum habent in se pessimum, ut Schopenhauer et E. v. Hartmann eorumque discipuli, sive optimistici, si confidunt, mundum in se esse optimum et bonum universale ex evolutione voluntatis absolutae oriri, ut Paulsen, Wundt, Höffding aliique multi.

In medio duarum illarum sibi oppositarum sententiarum de natura nostrae cognitionis et mundi ipsius, quas Empirismus et Idealismus statuunt, illa versatur philosophia, quam nostram facimus, philosophia peripatetico-scholastica. Haec enim cognitionis et sensitivae et intellectivae vindicat veritatem et obiectivitatem, simulque statuit distinctionem substantialem inter Deum et mundum, inter spiritum et materiam, ita tamen ut omnia a Deo tanquam supremo fonte et ultimo fine intrinsecus dependeant. Docet igitur verum Idealismum simulque verum Realismum, verum Dualismum simulque verum Monismum. Haec igitur philosophia, ab Aristotele (il maestro di quelli che sanno—Dante) ex sententiis omnium philosophorum veterum, praesertim ex doctrina Socratis et Platonis formata, iam apud veteres in summa erat auctoritate. Medio vero aevo tum a Mohammedanis, tum a Iudaeis, tum a Christianis fuit recepta tanquam sola vera philosophia. A scholasticis, praesertim ab Alberto Magno et s. Thoma Aquinate, postquam ab erroribus, quibus potissimum ab Averrhoistis fuit foedata, purgata est, cum doctrina christiana amico foedere sociabatur, ita ut illo tempore plenus consensus inter fidem fuerit et scientiam, vere aurea aetas nunquam forte reditura.

Quamquam Nominalismus saec. XIV et XV et deinde Cartesianismus necnon Empirismus aetatis subsequentis philosophiam scholasticam oppugnabant eamque paulisper obscurabant, nunquam tamen eam opprimere potuerunt. Quamvis Lutherus vehementissime in Aristotelem inveheretur,¹⁾ Melancthon, intimus eius amicus et cooperator praecipuus, Stagiritae philosophiam vocat τὴν γνησίην φιλοσοφίαν, eamque in scholis protestantium induxit, in quibus usque ad philosophiam Wolffianam et Kantianam sola fuit recepta et legitima.²⁾ In ecclesia autem catholica eiusque institutis semper vigeat philosophia scholastica, quam viri ingenio et sagacitate mentis praestantes, magis explicabant atque perficiebant, ut Aegidius Romanus, Hervaeus Natalis, discipuli s. Thomae, Capreolus, „princeps Thomistarum“, Cajetanus, Dominicus Soto, Franciscus Vittoria, Fonseca, Toletus, Vasquez, Suarez aliique multi. — Qui scholasticis subtilitatem et inutilitatem quaestionum, necnon barbariem linguae latinae exprobrant, obliviscuntur, haec opprobia non doc-

¹⁾ Epist. ad Joh. Lange 1516: „Nisi caro fuisset Aristoteles, vere diabolus eum fuisse non püderet asserere“. Cfr. Raumer, Geschichte d. Pädagogik, 1877⁵, I, 105.

²⁾ Zeller, Gesch. der deutschen Philosophie, 1875², p. 32—35.

trinae scholasticae qua tali, neque magnis illis philosophis convenire, sed eius abusu tempore Nominalistarum; abusus autem non tollit usum rei.¹⁾

Saeculo elapso, revolutione gallica extincta rebusque restauratis, etiam philosophia scholastica denuo florere coepit, primum in *Italia* ducibus Sanseverino, Tongiorgi, Signoriello, Prisco, Liberatore, Zigliara, Cornoldi, Palmieri

¹⁾ *Erasmus*, cui latine loquendo vix quisquam par fuit, quibusdam suis coaevis iure dicit: „Mirum quo supercilio Thomae, Scoti, Durandi similiumque barbariem execrentur, et tamen si res vocetur ad exactum iudicium, illi quum se nec eloquentes, nec Ciceronianos iactitent, magis Ciceroniani sunt, quam isti qui postulant haberi non iam Ciceroniani, sed ipsi Cicerones.“ Opera omnia, Basileae, 1540, I, p. 833. Cfr. Raumer, l. c. I, 4 sq. *Leibnitzius* († 1716), magnus ille philosophus in omnibus versatus scientiis, fatetur (Syst. theol. c. 48 sq. edit. Moguntii 1825³⁾, p. 228): „Illud obiter attigisse suffecerit, nos quoque non perfunctorie studiis mathematicis mechanicisque et naturae experientis operam dedisse et initio in illas ipsas sententias (atomistarum) inclinasse; tandem progressu meditandi ad veteris philosophiae dogmata nos recipere fuisse coactos. Quarum meditationum seriem si exponere liceret, fortasse agnosceretur ab his qui nondum imaginationis suae praeiudiciis occupati sunt, non usque adeo confusas et ineptas esse eas cogitationes, ac illis vulgo persuasum est, qui receptorum dogmatum fastidio tenentur, et Platoni, Aristoteli, Divo Thomae aliisque summis viris tanquam pueris insultant.“ Similiter *Überweg*, minime scholasticus (System der Logik, 1874⁴⁾; editio a Jürgen Bona Meyer, eius successore, olim professore Bonnensi Kantiano p. 271): „Abstossend wirkt der Tadel (der Subtilität und Oberflächlichkeit) der Logik des Mittelalters im Munde derer, welche selbst jene tiefern Momente, wo möglich, mehr ausser Augen setzen und ihren eigenen Ruhm und Vorzug vor der Scholastik nur darin suchen, die technischen Partien in vornehmern Tone geringschätzig und nachlässig zu behandeln. Ist etwa die Oberflächlichkeit und Fahrlässigkeit, die in der neuern Zeit nur allzuhäufig geworden ist (manche Lehrbücher der Logik, besonders aus der Kantischen Periode, wimmeln von logischen Schnitzern), in der Tat der scholastischen Strenge und Schärfe vorzuziehen? Oder verdient nicht vielmehr die Genauigkeit in diesen Dingen, wie überall, volles Lob?“ Quid quod ipse *Wundt*, philosophiae scholasticae minime amicus, fatetur (System der Philosophie, 1897²⁾, p. 9): „Der Versuch der Scholastik zur Ausbildung einer wissenschaftlichen Theologie kann bei allen Mängeln, die ihr schon infolge ihrer Gebundenheit an das Dogma (?) anhafteten, wegen seiner Wirkung auf die folgende Entwicklung der Wissenschaft nicht hoch genug geschätzt werden. Ist es doch die scholastische Wissenschaft, in der allmählig jene Kräfte des Denkens geübt wurden, aus deren freierer Betätigung die Wissenschaft der Neuzeit hervorging.“ Quid vero etiam adversarii philosophiae scholasticae de s. Thoma senserint, audi ex *Kuno Fischer*, philosopho Heidelbergensi, de historia philosophiae maxime merito: „Thomas hat den Kirchenglauben zu einem System abgeändert, welches unvergleichlich dasteht und seinem Urheber den Ruhm des kirchlichen Philosophen im eminenten Sinne verdient hat.“ (Cfr. Commer, Die immerwährende Philosophie, pag. 94.) Similia testimonia de S. Thoma (*Eucken*, E. v. *Hartmann*, *Höfding*, *R. Jhering*, *Ritter*, *Victor Cousin*, *Jules Simon*) vide ibidem; porro *Mercier*, Les origines de la psychologie contemporaine, 1897, pag. 447 sq.; *Pierson*, Van der Wyck, Van der Vlucht, *Huxley*, *Picavet*. Denique vide Stimmen aus M. Laach, Tom. 38, pag. 135 sq.

etc.; in *Hispania*, praeceuntibus *Balmes*, *Gonzalez*, de *Cepeda*, *Orti y Lara* etc.; in *Germania*: *Clemens*, *Esser*, *Werner*¹⁾, *Plassmann*, *Kleutgen*, *Stöckl*, *Schneid*, *T. Pesch*, *Haffner*, *Gutberlet*, *Commer*, *Feldner*, *Glossner*, *N. Kaufmann*, *Willmann* etc.; in *Gallia*: *Grandclaude*, *Vallet*, *Farges*, *d'Hulst*, *Domet de Vorges*, *Gardair*, *Elie Blanc*, *Monsabré*, *Coconnier*, *Mandonnet*, *Peilhaube*, *Fonsegrive*, *Piat* etc.; in *Belgica*: *De San*, *Dupont*, *Lahousse*, *Lepidi*, *Van Weddingen*, praesertim vero *Lovanienses*: *Mercier*, de *Wulf*, *Nys* etc.

Maximum vero incrementum accepit haec philosophia scholastica operâ Summorum Pontificum, praesertim *Leonis XIII*, qui litteris suis, inprimis autem Encyclicâ „*Acterni Patris*“ de die 4. Aug. 1879, doctrinam S. Thomae omnibus commendat, quia „rationem, ut par est, a fide apprime distinguens, utramque tam amice consocians, utriusque tum iura conservavit, tum dignitati consuluit.“ Nil igitur mirum, si ex illo tempore in omnibus fere seminariis et academiis catholicis philosophia s. Thomae traditur et nova ad eam docendam creata sunt instituta philosophica, ut *Romae* *Accademia di S. Tomaso*; *Parisiis*, *Lucernae*, ed *Amstelodami* cursus philosophici s. Thomae; *Lovanii* l'Institut supérieure de philosophie. Accedunt periodica exinde publicata, quae vel explicite vel implicite doctrinam s. Thomae defendunt atque propagant. Innumeri vero sunt libri, qui doctrinam scholasticam sive ex toto sive ex parte explicant atque defendunt, quorum praestantiores sicut et periodica paulo infra breviter enumeramus.

Nullum igitur potest esse dubium, qualis philosophia nobis sit amplectenda. Iam vero quatuor potissimum sunt rationes, totidemque signa veritatis, quae philosophiam peripatetico-scholasticam nobis commendant: 1^o quod a viris tum mentis acumine tum vitae integritate praestantissimis sit constituta, comprobata atque confirmata; 2^o quod per tot saecula perstiterit immutata, licet saepe accerrime impugnata, ita ut iure appelletur „*philosophia perennis*“; 3^o quod in se ipsa sit maxime consequens sibi et experientiae quotidianae et persuasioni hominum consentanea; 4^o quod et religioni naturali et fidei christianae maxime sit consona atque amica.³⁾

¹⁾ *K. Werner* († 1889), professor *Vindobonensis* (*Wien*), licet paulisper *Güntheri* doctrinae faveret, viam tamen praeparavit philosophiae scholasticae restaurandae per multa opera sua historica de philosophia, quorum praecipua sunt: *Thomas von Aquin*, 1858, 3 vol.; *Franz Suarez* und die Scholastik der letzten Jahrhunderte, 1831, 2 vol.; *Geschichte der Scholastik des spätern Mittelalters*, 1831/87, 5 vol.; *Geschichte der italienischen Philosophie des 19. Jhrh.*, 1884/86, 5 vol.; *Geschichte der apologetischen u. polemischen Literatur der christl. Theologie*, 1861/67, 5 vol.; *Grundriss einer Geschichte der Moralphilosophie* 1859.

²⁾ Primum a *Steucho* († 1550), deinde a *Leibnitzio* sic vocata; cfr. *Commer*, Die immerwährende Philosophie, 1899, p. 24 sq.

³⁾ Hoc et adversarii eius fatentur: *Eucken*, philosophiae professor *Ienensis*, Die Lebensanschauungen grosser Denker, 1904⁵⁾, S. 277: „Das mittelalterliche System, wie es die verschiedensten Interessen aufnimmt, klug gegeneinander ausgleicht und geschickt zur Wirkung verbindet, dieses bewunderungswürdige System der Akkommodation nicht nur nach aussen, sondern auch nach innen, dieses unvergleichliche Meisterwerk der Organisation mit seiner Ansammlung von Menschenkunde und geschichtlicher Erfahrung, es ist in allem Wirken

Quare omnes philosophi, qui fidem christianam habent tanquam stellam re-
 tricem, in quaestionibus fundamentalibus de Deo, de homine, de natura
 rerum plene consentiunt, non vi externa coacti, sed veritate ipsa devicti.
 Neque ulla apparet ratio in his quaestionibus totius philosophiae fundamen-
 talibus a sententiis veterum discedendi, si quidem veritas hodie non alia est
 atque fuit tempore Aristotelis vel Thomae Aquinatis, licet scientiae empi-
 ricarum miro modo excreverint, quemadmodum, omnibus fatentibus, arithmetica
 et geometria quoad veritates suas fundamentales hodie eadem est quae fuit
 tempore Euclidis et Pythagorae, quamvis hae scientiae multum decursu tem-
 poris auctae fuerint atque amplificatae. Neque veterum philosophia ullo
 modo *vero* scientiarum naturalium progressui obstat, ut nonnulli immerito
 opinantur; immo earum certa constituit fundamenta methodumque explicat,
 neque ullis factis sive legibus repugnat, quas scientiae naturales ut certas osten-
 derint. Neque quisquam intendit veterum in scientia naturali resuscitare
 errores, qui ex defectu experientiae, non ex ipsis peripateticorum principiis
 orti sunt. Quodsi in quaestionibus nonnullis non fundamentalibus quaedam
 differentiae sententiarum appareat, hoc nullo modo est deplorandum, sed est
 signum libertatis mentis novumque studii incitamentum et occasio progressus
 scientiae, iuxta illud s. Augustini non verbis expressis, sed re potius effatum¹⁾:
In necessariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus caritas.

In hoc autem proposito philosophiae scholasticae amplexandae confor-
 tamur, si diversa consideramus philosophiae systemata, quae hodie, praeser-
 tim in patria nostra, construuntur. Profecto non desunt viri magna scientia
 praediti et amore veritatis imbuti, qui tamen veterum deserentes doctrinam,

auf das gesellschaftliche Leben und das sichtbare Dasein in unbestreitbarem
 Vorteil; es hat eine breitere geschichtliche Grundlage, eine grössere Ratio-
 nalität, eine reifere Durchbildung.“ *E. v. Hartmann*, notissimus ille philo-
 sophiae scriptor Berolinensis (Die Selbstzersetzung des Christentums, 1875²,
 p. 75), scholasticam vocat philosophiam „ein wunderbar in sich geschlossenes
 Gedankensystem, von welchem nur derjenige gering denken kann, der die
 Feindschaft gegen dasselbe noch nicht überwunden und zur Objektivität
 geläutert hat.“ *Paulsen*, philosophiae professor Berolinensis, licet invitus
 (Philosophia militans, 1901², p. 65 sq.) appellat, philosophiam scholasticam:
 „Ein mit weitem Blick und grossem Scharfsinn durchgeführtes System, das
 der Vernunft weiten Spielraum zur Betätigung lässt, um sie zuletzt wieder
 an ihre Grenzen zu erinnern, auf die höhere Quelle der Wahrheit hinzu-
 führen, ist sie ohne Zweifel zu einer Philosophie für den katholischen Klerus
 in hervorragendem Masse geeignet. Und was steht dem gegenüber? Eine
 protestantische Philosophie in dem Sinne eines einheitlichen, die Gemüter
 beherrschenden Systems gibt es nicht. Die Hegel'sche Philosophie war die
 letzte, die eine solche Stellung eingenommen hat. Seitdem herrscht Anarchie . . .
 Ein Versuch der Sammlung um Kant's Namen hat doch bisher auf keine
 Weise der bestehenden Anarchie, der Zersplitterung in Fraktionchen und
 Individualismen Einhalt getan . . . Das Wort von dem Bankerott der Wissen-
 schaft, das jetzt von Paris herübertönt, enthält eine tiefe Wahrheit: ein
 Positivismus der Wissenschaft ohne Philosophie führt zum Bankerott und
 treibt dem Positivismus der äusseren Autorität in die Arme.“

¹⁾ Confess. XII, 30.

a veritate aberraverunt. Quod Hegel de doctrinis philosophorum praecedentium
 tam vere quam acute dixit: „Ecce pedes eorum, qui te sepelient, ad
 ostium stant et efferent te“¹⁾ et de eius ipso systemate et de multis se-
 quentibus et hodiernis dicendum est, quum in quaestionibus fundamentalibus
 et sibi et sensui communi repugnent et plerumque fidei christianae, immo et
 religioni naturali sint inimici. Desperantes igitur de veritate, multi ad
 philosophiam Kantianam reverti volunt, inde sperantes salutem, non memo-
 res, ex hac radice infecta plurimos errores in philosophiam recentem irrep-
 sisse.²⁾ Bene apteque, ut solet, de hac re scribit *Mercier*, cuius sententiam
 libenter nostram facimus. „Qu'est-elle, cette philosophie moderne? Qui la

¹⁾ Cfr. Actus apost. 5, 9. Bene de hac re scribit *Trendelenburg* († 1872),
 olim professor philosophiae Berolinensis: „Es muss das Vorurteil des Deutschen
 aufgegeben werden, als ob für die Philosophie der Zukunft noch ein neu-
 formuliertes Prinzip müsse gefunden werden. Das Prinzip ist gefunden; es
 liegt in der organischen Weltanschauung, welche sich in *Plato und Aristoteles*
 gründete, sich von ihnen her fortsetzte und sich in tieferer Untersuchung
 der Grundbegriffe sowie der einzelnen Seiten und in Wechselwirkung mit
 den realen Wissenschaften ausbilden und nach und nach vollenden muss.“
 (Logische Untersuchungen. Vorwort zur 2. Aufl., p. IX.)

²⁾ Quod quidem et admiratores et fautores philosophiae recentis aetatis
 fatentur; sic *Wundt*, professor philosophiae Lipsiensis celeberrimus (System
 der Philosophie, 1897², p. 158): „Noch heute besteht über die fundamental-
 sten Begriffe der subjektiven und objektiven Erfahrung dieser Streit der
 Meinungen. Ein Ziel, bei dem der Kampf ein Ende nähme, scheint aber
 völlig aussichtslos zu sein.“ Neque minus aperte loquitur *Falkenberg*, pro-
 fessor philosophiae Erlangensis, in oratione in academia 1890 habita: „Ich
 beginne mit dem rückhaltlosen Bekenntnis, dass die gegenwärtige Lage der
 Philosophie zu dem Gefühle befriedigten Stolzes wenig Anlass bietet. Dem
 rückblickenden Auge des künftigen Historikers wird sie schwerlich im Lichte
 einer Glanzperiode erscheinen. Die Gründe sind mannigfach . . . Es fehlt
 an wahrhaft schöpferischen Geistern und an weithin wirkenden Leistungen.
 Wir vermissen ferner jene Höhe der Ziele, welche, wie das Beispiel der
 Hegel'schen Schule lehrt, auch mindere Talente zu erfreulichem Aufschwung
 zu beflügeln vermag. Es mangelt endlich nicht an gemeinsamen Arbeits-
 feldern, aber an Einheit der grundlegenden Überzeugungen“ (p. 7). . . . „Die
 Erwartung, unter der Fahne der Erkenntnislehre die verschiedenen Bestre-
 bungen sich einigen zu sehen, ist nur sehr unvollkommen in Erfüllung
 gegangen; denn das gemeinsame ist mehr eine Stimmung, als eine Arbeits-
 gewohnheit, geschweige ein System, eine Grundeinheit. Eine der schlimmsten
 Folgen jener Zeitströmung ist der nicht selten zu beobachtende Zwiespalt
 zwischen dem, was der Forscher als Privatmann glaubt, und dem, was er
 vor dem Forum der Fachgenossen vertritt, die Trennung von persönlicher
 Überzeugung und Wissenschaftsbetrieb.“ (S. 29.) Similiter *Külpe*, professor
 philosophiae Herbipolensis, Die Philosophie der Gegenwart in Deutschland
 (Aus Natur und Geisteswelt) 1901, p. 115; porro: *Paulsen*, System d. Ethik,
 1900⁵, I, 142; *Eucken*, Geistige Strömungen der Gegenwart, 1904³, Vorwort.
 Cfr. etiam Zeitschrift für kathol. Theologie (Innsbruck), 1878, pag. 312 sq.;
 porro, Natur und Offenbarung, 1905; pag. 713 sq.; deinde *Überweg-Heintze*
 Gesch. d. Phil., IV⁹, pag. 140; *Windelband*, Lehrb. d. Gesch. d. Philos., 1903³,
 pag. 527 et 542 sq.

représente? Dans quelle chaire universitaire est-elle enseignée? Dans quel ouvrage est-elle condensée? Je vois bien un très grand nombre des philosophes et des systèmes de philosophie, mais la philosophie moderne, celle qui serait issue des sciences et qui à son tour leur donnerait son esprit, je ne la vois nulle part, c'est une abstraction. Serait-ce l'idéalisme rajeuni qui reprend la place d'honneur dans plusieurs universités allemandes? — Est-ce le volontarisme de Schopenhauer? — Est-ce l'animisme de Wundt? — Est-ce le phénoménisme radical de Ziehen. — N'est-ce pas plutôt l'empirio-criticisme de Richard Avenarius? Ou la réaction de Volkelt, de Paulsen en faveur de la métaphysique? Faut-il s'adresser à l'Angleterre, au semi-positivisme teinté de monisme de Herbert Spencer? Au panthéisme napolitain de Vera et de ses disciples? Ou faut-il chercher la véritable pensée philosophique chez les néo-criticistes français, Renouvier, Secrétan, Boutroux?

Si ces pensées philosophiques sont toutes indissolublement liées aux résultats de la science moderne, voilà bien des conclusions qui dérivent des mêmes prémisses! Si une seule en découle logiquement, celle que vous appelez „la philosophie moderne“, laquelle est-ce? D'un point à un autre, il n'y a qu'une ligne droite. Au contraire, les chemins qui, partant d'un point de départ commun, obliquent et, dans toutes les directions, s'éloignent du but, sont en nombre infini. Cette multiplicité de systèmes divers et opposés qui côtoient les mêmes faits scientifiques, est la preuve manifeste que la pensée moderne n'a pas tiré des faits mis au jour dans tous les domaines par les découvertes des savants, la véritable synthèse philosophique.

La philosophie du XX^e siècle est à faire. Les néo-thomistes ont l'ambition d'y travailler pour leur part. Ils étudieront les faits, tous les faits, dans les divers départements des sciences mécaniques, physiques, chimiques, mathématiques; en biologie générale, en physiologie cérébrale, en psychophysique; dans les sciences économiques et politiques. Ils tâcheront de se rendre compte des diverses expressions de la pensée moderne, pour y discerner ce qui s'harmonise avec l'expérience de ce qui s'en éloigne. Les cadres de la philosophie aristotélicienne et thomiste sont assez larges pour embrasser tous les faits observables et notre confiance dans la vérité est assez forte pour ne redouter aucune conclusion.¹⁾

¹⁾ Revue Néo-Scholastique, 1900, p. 229 sq.

A. Periodica quae doctrinam scholasticam vel directe vel indirecte propagant.

In *Italia*: Civiltà Cattolica, Neapoli, 1850; Romae, 1851—70; Florentiae, 1870—87; Romae, 1887 usque hodie; Divus Thomas, Placentiae, 1880; L'Accademia Romana di S. Tommaso, Romae, 1881; La scienza italiana, Romae, 1880 (ex anno 1890 unita periodico: La scuola cattolica, Milani); Rivista internazionale di scienze sociali, Romae, 1893.

In *Hispania*: Saragossae: Revista de Aragón, 1900; Madridi: Razón y Fe, 1902.

In *Gallia*, Parisiis: Annales de philosophie chrétienne (redigit Laberthomière), 1878; Revue thomiste, 1899 (redigit Coconnier O. P., professor Friburgensis in Helvetia); Revue de philosophie (red. Peillaube), 1900; La pensée contemporaine (red. Elie Blanc), 1903.

In *Belgica*, Lovanii: Revue Néo-Scholastique (red. Mercier), 1894, cui accedunt in quaestionibus philosophicis: Études Franciscaines et Revue Bénédictine.

In *Ungaria*, Budapest: Boelceleti Folyóirat, 1885.

In *America*: Catholic University Bulletin, 1896.

In *Germania*: Jahrbuch für Philosophie und spekulative Theologie, Paderborn (red. Commer), 1887; Philosophisches Jahrbuch (red. Gutberlet et Pohle), Fulda 1888; St. Thomasblätter (red. M. C. Schneider), Regensburg, 1888. — His accedunt in quaestionibus philosophicis saltem fundamentalibus: Katholik, 1821, Mainz; Historisch-politische Blätter, 1838, München; Stimmen aus Maria Laach, 1871, Freiburg (Herder); Natur und Offenbarung, 1855, Münster; Jahrbuch der Naturwissenschaften, 1886, Freiburg (Herder); Theologische Quartalschrift, 1819, Tübingen; Theologisch-praktische Quartalschrift, 1848, Linz (Österreich); Zeitschrift für kathol. Theologie, 1877, Innsbruck; Kultur, 1899, Klosterneuburg (Wien); Akademische Monatsblätter, 1888, Strassburg; Der praktische Seelsorger, 1889, Paderborn; Pastor bonus, 1889, Trier; Theologische Revue, 1903, Münster; Literarischer Handweiser, 1861, Münster; Literarische Rundschau, 1875, Freiburg (Herder); Strassburger theolog. Studien, 1892, Freiburg (Herder); Görresgesellschaft, München, 1876; Leogesellschaft, Wien, 1892 eorumque publicationes: Hochland, 1903, Kempten und München. — Porro historiam philosophiae peripatetico-scholasticae illustrant: Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters, IV vol., von Baeumker et Ehrle. v. Hertling; Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters, von Denifle u. Ehrle.

B. Libri philosophiam scholasticam tradentes integram.¹⁾

Ex ingenti copia librorum, qui doctrinam peripatetico-scholasticam tradunt vel saltem cum ea in quaestionibus fundamentalibus consentiunt, solum libros *manuales* eosque ex duobus ultimis decenniis nominamus, qui plus vel minus totam philosophiam „perennem“ continent eosque praestantiores.

In *Italia*: *Liberatore* († 1892), Neapoli, 1842, 1862¹⁰, denuo 1860 pro triennio editum, 1875⁶; tertio editum 1897/98⁴; *Satolli*, Brunae, 1884; *Zigliara* († 1893) Romae 1878, 1893², nunc 11 editio; *Battaglini*, Bologna, 1869, 1890³; *Cornoldi* († 1892), Bolognae 1881; Romae 1889⁴; *Schiffini*, Aug. Taurin. (Turin) 1888; *Lavecchia*, Syracusis, 1887²; *Rossignoli*, Novarae. 1887

¹⁾ Innumeri sunt libri, qui singulas partes philosophiae scholasticae dilucidant, quorum multos postea citabimus.

1893²; *Rastero*, Genuae, 1887²; *Lorenzelli*, Romae, 1890; *De Maria*, Romae, 1893—1900; *Remer*, Prati, 1895; *Cornelli*, Aug. Taurin., 1896²; *De Sarlo*, Aug. Taur., 1896; *Martinazzoli*, ibid. 1896; *Martini*, Florentiae, 1897; *Sclerno*, Riposto, 1898; *Mancini*, Romae, 1898; *Varvello*, Aug. Taur., 1899/02²; *Morando*, Milani, 1899; *De Mandato*, Prati, 1899³; *Gredt*, Romae, 1899/01; *Lottini*, Florentiae, 1900; *Baglioni*, Romae, 1901; *Germanus a Stanislao*, Romae, 1904.

In Hispania: *Balmes* († 1848), Barcelona, Fundamenta 1846, 1898⁷; *Cursus*, 1847, 1899²; *Z. Gonzalez* († 1895), Madridi, 1868, 1877²; *Mendive*, Vallisoleti, 1888; *Sinibaldi*, Coimbrae, 1889/92; *Ginebra*, Barcelona, 1894³; *Santiago*, 1899; *Casanova*, Madridi, 1894; *Eleizalde é Izaguirre*, Madridi, 1890², 1902³; *Urráburu*, Vallisoleti, 1890—99, 8 vol. *Torre Iounza*, Madridi, 1897/01; *Orti y Lara*, ibid. 1898; España Lledó, ibid. 1900/01.

In Gallia: *Lepidi*, Lovanii et Parisiis, 1875/79; *Jaccoud*, Friburgi (in Helvetia), 1887/92; *E. Blanc*, Lyon, 1889; *Dupeyrat*, Paris, 1890³; *Alibert*, Lyon, 1891; *Vallet*, ibid. 1898; *Villafranca*, Toulouse, 1899/01; *De Backer*, Paris, 1901; *Sortais*, ibid. 1901; *Fonsegrive*, ibid. 1902⁴. *Lottini*, ibid. 1903.

In Belgica: *Van der Aa*, Louvain, 1885/88²; *Castelein*, Namur, 1887; *Lahousse*, Louvain, 1887/92; *Cambier*, Tournai, 1895²; *Cours de philosophie*, Louvain (*Mercier*: *Logique*, 1902³; *Ontologie*, 1904⁴; *Critériologie*, 1905⁵; *Psychologie*, 1905⁷; *Nys*: *Cosmologie*, 1903; *De Wulf*, *Histoire de la philosophie médiévale*, 1905², opera omnino praecipua).

In Anglia: *Harper*, London, 1879; G. et W. *Ward*, London, 1884; *The Manuals of Catholic Philosophy*, London, ex anno 1888 (*Clarke*: *Logic*; *Rickaby*: *The First Principles of Knowledge: General Metaphysics*; *M. Maher*, *Psychology*, 1900⁴); *Coppens*, New-York, 1892.

In Germania: *Balmes-Lorinser*, *Lehrbuch der Philosophie*, 4 vol. 52/53, 61²; *Fundamente der Philosophie*, 4 vol. 55/58; *Kleutgen* († 1883), *Philosophie der Vorzeit*, 2 vol. 1858, Innsbruck 1878²; *Stöckl* († 1895), *Lehrbuch d. Philosophie*, Mainz, 3 vol. 1868, 1892⁷ (*Stöckl-Wohlmuth*, I, 1905⁹); *Hagemann* († 1903), *Elemente der Philosophie*, Freiburg (Herder), 1863, 1896/05⁶⁻⁷ (*Hagemann-Dyroff*, *Psychologie*, 1905⁷); *Haffner* († 1899), *Grundlinien der Philosophie*, 2 vol., Mainz, 1881—1884; *Commer*, *System d. Philosophie*, 4 vol., Paderborn, 1883/86; *Gutberlet*, *Lehrbuch der Philosophie*, 6 vol., Münster, 1878/85, 1896—1904²⁻⁴; *Gonzalez-Nolte*, *Philosophie des hl. Thomas von Aquin*, 3 vol., Regensburg, 1885; *Schütz*, *Elemente der Philosophie*, Trier, 1893²; *Grimmich*, *Lehrbuch der theoretischen Philosophie*, Freiburg, 1893; *Löhmen*, *Lehrbuch der Philosophie*, 3 vol., Freiburg (Herder), 1899/01; 1904/06²; *J. Müller*, *System der Philosophie*, Mainz, 1898; *E. Fischer*, Mainz: *Gesetz der Entwicklung*, 1875; *Prinzip der Organisation*, 1883; *Grundfragen der Erkenntnistheorie*, 1887; *Theorie der Gesichtswahrnehmung*, 1891; *Grundproblem der Metaphysik*, 1894; *Triumph der christl. Philosophie*, 1900. *Sachs-Huber*, *Grundzüge der Logik, Noetik und Metaphysik*, Paderborn, 1896/1906.

Accedunt latine scripta: *Egger*, Brixinae, 1878; 1898⁵; *T. Pesch* († 1899), *Philosophia Lacensis*, Friburgi (Herder), 9 vol., 1880; 1897² (*Theodicaea* a P. Hontheim, 1898); *Scultz*, *Summa philosophiae*, 2 vol., Luxemburgi, 1894; *Cursus philosophicus*, 6 vol., Friburgi (Herder), 1893/95; 1895/05²⁻⁵; (*Frick*: *Logica et Ontologia*; *Haan*, *Philosophia naturalis*; *Boedder*, *Psychologia rationalis et Theologia naturalis*; *Cathrein*: *Philosophia moralis*); *Reinstadler*, *Elementa philosophiae scholasticae*, 2 vol., Friburgi (Herder) 1901; 1904².

Tabula materiae.¹⁾

* <i>Introductio</i> : de philosophiae origine, definitione, methodo, fontibus, dignitate, relatione cum fide, divisione	pag. 1—7
--	-------------

Logica.

<i>Exordium</i> : definitio et divisio logicae in genere et dialecticae in specie	8—11
---	------

Dialectica.

Pars prima: de formis primitivis cogitandi.

Liber primus: De simplici apprehensione.

Caput I. De ideis:

* § 1. De natura idearum	11—17
* § 2. Divisio idearum:	
I. ratione <i>originis</i> in primitivas et factitias; directas et reflexas	17—19
II. ratione <i>obiecti</i> in simplices et compositas; concretas et abstractas; singulares, universales, particulares, collectivae, transcendentales	19—20
III. ratione <i>repraesentationis</i> in claras et obscuras; psychologicas et logicas; proprias et analogas	20—22
IV. ratione <i>relationis</i> in identicas et diversas; sociabiles et insociabiles (contradictorie, privative, contrarie, relative oppositas); connexas et inconnexas	22—25
V. ratione <i>subordinationis</i> in praedicamenta et praedicabilia .	25—30

Caput II: De termino ideae signo.

* § 1. Notio terminorum	30—32
* § 2. Divisio terminorum	32—33
* § 3. De usu terminorum (suppositio)	33—35

¹⁾ Ea quae ad substantiam philosophiae pertinere videntur et decursu unius anni facile pertractari possunt, asterisco notantur (cfr. sup. p. VI).